



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilea Sacra Sive Episcopatvs Et Episcoporvm
Basileensivm Origo Ac Series**

Sudan, Claudio

Brvntrvti, 1658

31. Ludovicus I. Comes à Pfirt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11463

um non modò supremâ Pontificis
auctoritate factam improbarent,
hancce mutationem, eiûsque causas
& rationum monumenta, aut non
penetrantes ex æquo, aut animò so-
lum ad diuturnam annorum posses-
sionem conversò, penitus aversati:
cùm tamen, si oculos & ipsi ad pri-
scæ tempora reflectant, quemadmo-
dum hactenus vidimus non semel,
similes quoque, vicissitudines ex-
perti fuerint, quas etiam subinde si-
bi adversas tolerare sapienter novis-
sent eorum Maiores.

*Anno
Christi
1107.*

LUDOVICVS I.

Comes à Pfirt.

Episcoporum Basileensium.

XXXI.

EX Illustri familia Comitum Pfir-
tensium natus Ludovicus, sed
ad splendorem natalium nihil ad-
modum

Anno modum gessit memorabile, ideoq;
Christi, in Episcopatu Basileensi obscurus
^{1107.} mansit posteris. Aliam certè de
 ipso mentionem facit nullam La-
 zius lib. 8. de transmig. gentium, ubi
 Comitum Pfirtensium genealogi-
 am exponit. Stumpfio satis fuit
 accensere Basileensibus Episcopis
 Ludovicum, Romanum Imperium
 Hcnrico V. & Romanam Ecclesiam
 moderante Paschali ac post illum
 Gelasio II. Iuverit saltem breviter
 perstringere, qui quantique fuerint
 cù tempestate Comites Pfirtenses.
 Eorum ditio complectebatur to-
 tam Sundgoiam & celebrioris jam
 tum nominis loca, Tannas, Delam,
 Rottenfelsium Seinhemium, Mazo-
 polim, Veldbachium, Befortium &
 Lucellam: addo Toparchiam, Lan-
 serenij tractum, & latè patentem a-
 grum Basileæ vicinum. Quæ om-
 nia, ut plurimum, antehac Austriacis
 pare-

Anno
Christi
1107.

parebant, jure matrimonij cum Io-
anna Vlrici Comitis ultimi filia, ma-
ximè verò titulo feudi ab Episcopo
Basileensi liberaliter concessi. Per-
amplus igitur ille Comitatus Pfirt-
ensis dividebatur hactenus in 9. to-
parchias, Ferretum, Landsherheni-
um, Altkirchium, Diathamnum,
sive Thannas, Mazopolim, Delam
Belfortium, Sennhemium, & Rot-
tenfelsium. Altkirchium mœni-
bus cinxit, ad oppidi elegantiam Al-
bertus Alberti Cæsaris filius, ductâ,
ut jam antè diximus, Ioanna Vdal-
rici Pfirtensis Comitis filia, anno
1324. vel, ut alij malunt, anno 1330.
Fridericus Comes Pfirtensis & Ste-
phania Vxor fundârunt Monialibus
Ordinis Cluniacensis monasterium
Veldbachij, anno 1144. De liberali-
pictate cum Friderico certavit Lu-
dovicus Comes, dum suo, filij, filiæ-
que Helvidis nomine, anno 1180.

Mona-

190

Basileensium

*Anno
Christi
1107.*

Monasterio Oelenbergensi septem mansos, addixit, sive, ut opinor, spatiosæ dimensionis agros. Hugo denique Ferretæ Comes, quemadmodum asserit Guilliman. in Helzone 40. Argentinensium Episcopo, primus author fuit monasterij Altorffensis in Argentorat. Dioceſi, quod & Eberhardus eius filius in Abbatiam erexit.

FRIDERICVS I.

ms.

Basileensis Episcopus.

XXXII.

F Ridericum Basileensem Episcopum Centuriatores hæretici ex Saxoniae Chronicō cent. 12. tradunt fatis concessisse anno 1118. alij Scriptores de hoc Episcopo plura non referunt.

BERCH.